


461

Tarrago



8° Döll. 14735 (1/3)

Bibl. Nac. Will. P. III.  
n. 312, 1. de



20. XII. 1888

8 Doell. 14735(1/3


FARRAGO  
EPISTOLARVM  
AD  
DAN. GVIL. MOLLERVM  
*MISSARVM,*  
in  
DECADES  
*distributa,*  
*lucique publice exposita;*  
ALTDORFII  
*Anno cI9 I9 cc x.*

<41024887730016

<41024887730016

8 Doell. 14735(1/3

Typis Kohlesianis.



DECAS  
PRIMA  
EPISTOLARVM  
*ad*  
DAN. GVILIELM. MOLLERVM  
MISSARVM.  
EPISTOLA I.

Fortasse quis putare possit, me Fautrum atque Amicorum Epistolas emitendo, nium indulgere amori meo quippe quod nonnulli ex illis, supra quar patiuntur, res aliquas videntur sustulisse. At enim vero de malevolis quibusdam Autores tum Argumenta in dubium hactenus vocantibus cogitanti, pre subjiciendae erant, non servato quidem temporis ordine, vel Scriptoris conditio ne, sed ut quæque in manus venerat. Supereft, ut nec lectorum lectionis, ne me poeniteat editionis: Ita enim fiet, ut voluntate cuiuslibet impleta, exceptu utrinque attingatur finis.

Excellentissime Vir,  
Fautor Patroneque omni honoris ac observantiae cultu prosequende,

Ta mihi de Tua humanitate persuasum est, ut, de facie licet ignoratus, coram Te comparere nullus dubitem. Effecisti nempe elegantissimis, quæ lucem publicam viderunt, metosque oculos haud subterfugere poterant, Speciminibus, ut inter solissimæ Tuæ studiorum cultores calidos principem in illo locum semper alignaverim. Ne tamen istius, qua in Te feror, observantiae ignarus porro sis, ad id tandem animum applicui, ut in condito licet, ast ingenui candoris plenissimo Epistoliò planius Tibi innoveressem. Diffiteri equidem non possum, diu me id præmeditati consilii aluisse, sed antea sensi per haesi, utrum boni sis consulturus æquive, si Tuos turbarè circulos tam arroganter sustinueris. Postquam vero à pluribus Norici Athenæi incolis, tgregie de Tua affabilitate differere audivram, quicquid hoc est inanis vetecundiae, abjeci, certa sp̄ fructus, facti, ut ferena fronte levidentes hasce

EIGENTUM DER A 2

lineo.

EIGENTUM DER  
K. UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK MÜNCHEN

EIGENTUM DER A 2  
K. UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK MÜNCHEN

lineolas sis conspecturus. Et profecto si alia non  
supppereret bene Tibi cupiendi occasio, scias velim,  
vel unicum, quo Italicarum delitiarum admiratori-  
bus egregie proiusti, programma, permagno me  
affimare. Ut jam de comto, nervosoqve dicendi  
generenihil dicam, in eo certe plurimum placuisti,  
quod primus Italia Regnantis Sciagraphiam à Gre-  
gorio Leti sat graphice adornatam, in mentem re-  
vocaveris. Non certe surdo narrabatur fabula,  
quin potius laudatissimi libri hujus compos factus,  
vix me contineat porui, quin penitus eundem  
devorarem. Devoravi certe, sed intimiori scruti-  
nio percoctum, & germanica veste amictum red-  
didi. Sic enim subcritis, quas tranquilla praxis  
suppeditat, horas locasse nequaquam penitiebat.  
Fateor, me subsuscepti laboris primordium, spem  
concepisse, fore, ut vernacula loqui edoctus  
Liber, talismodi charactere, reclinato in Biblio-  
polam sumtuum onere, exscribi forsitan possit.  
Id tamen nec ego anxie quæslivi, nec, si vel ma-  
xime quæsivissem, confidere poteram, voti me  
summam imperaturum. Ea enim, hac nostra  
præcipue ætate, est Bibliopolarum conditio, ut  
recte de Autorum Scriptis judicare nequeant, &  
ni Patroni bene volentis accedat opera, accura-  
tissimi Scriptorum codicilli vix unquam lucem vi-  
suri essent. Sin vero Tua, quam validissimam  
mihi pollicor, commendatione meæ satisfieri  
posset expectationi, ob id maximopere Te roga-  
tum velim. Nec tamen commendabis, si dignum  
non existimes, ut prelo subdatur Typographo-  
rum. Cui fini adjectas judicabis primordiales tra-  
lati Operis pagellas. His Tibi, Excellentissime  
Vir, aurem vellece allubuit, quod si rescivero, in-  
tes

ter eos mihi locum concedi, qui in Favorem Tuum  
arctius se admissos gloriari possunt, haud vanum  
exuperantis solatii argumentum in me derivabitur.  
Hujus anxie à me quæsiti affectus interpretem sisto  
*Nobilissimum Dn. Chrysium*, J. V. Licentiatum,  
cui tam licet esse felici, ut inter eos numeretur,  
qui Tibi sunt à latere, & colloquis Tuis fami-  
liaribus fruuntur maxime salutaribus ac eruditis.  
Vale, & favere perse

Tuæ Excellentiaz  
Dab. Redibzii d. 5. Decemb.

A. 1685. calidissimo cultori  
Clementi Weigilio Dri.

## E P I S T O L A II.

Vir Nobilissime atque Excellentissime,  
Professor celeberrime, Domine ac Patrone  
colendissime,

Benevolentæ, qua Excellentia Tua me pre-  
sentem complexa est, memor, eaque nixus,  
occupationes ipsius concatenatas intercedere, ocu-  
losque subire audeo: ut animi ob varia favoris  
specimina mihi collata grati officia deponam,  
spondeamque, Nomen Tuæ Excellentie amplissi-  
mum, mihi, dum spiritus reget artus, omnigena  
observantia colendum esse, nihilque mihi prius,  
antiquius nihil futurum esse, quam cultum meum  
obsequiosis servitius demonstrare. Literæ, quibus  
Excellentia Tua me ornavit, commendatitiae,  
Excellentissimo Domino Almeloveen reddire sunt,  
quibus, si nondum dederit, brevi tamen, ut  
puro, responsum mittet. Lubens eqvidem Gaz-  
dam ipse adiisse, nisi valetudo, quæ dubia fatis  
erat

erat primis hebdomadiis, posteaq[ue]m heic ap-  
puli, deinceps vero ingrata, & continuis vel plu-  
viis, vel foecidis nebulis reserta tempestas id im-  
pediisset; quamprimum autem aduersum hoc tem-  
pus sereniori fuerit commutatum, universum  
Belgium lustrare animus mihi est, unde *Clar. Dom.*  
*Almeloveen* salutare, atque postea plura de Viri  
conditione exponere dabitur. Academia Ultraje-  
tina Viris doctissimis instructa est, inter quos  
illam maxime ornat *Clar. Dn. Graevius* Historiar.  
Professor, Excellentiae Tuæ sine dubio notus,  
qui multa à communibus sententiis longissime re-  
cedeatia, Eruditorum orbi, quo nescio applausu,  
persuadere conatus est. Alius est Professor Theo-  
logia, *Melchior Leydekkerus*, qui paucis abhinc  
mensibus librum luci dedit, quo famosam illam  
*Clariss. Bekkeri, Amstelodamensis*, opinionem con-  
futat, qui spissò volumine probare natus est, *Unum  
tantum esse Diabolum*, qui, post deceptos Proto-  
plastos, tristem in orcum relegatus fuerit, nec un-  
quam inde ad superas auras redierit; unde omnes  
Satana in impiis operationes, omnia spectra, ma-  
gicas artes, energumenos, & que cùm his cohe-  
rent, ficta esse distinxerit: quod iplius volumen cùm  
non paucos naestum sit sequaces & admiratores,  
(qui ita librum distraxerunt, ut etiam si tria jam  
vice typis fuerit excusus, ejus tamen amplius  
copia fieri non possit,) turbas quasdam moveat,  
quas dictus D. Leydekker Refutatione sua sedare  
contendit. Quæscutum est ex me, quid docti in Ger-  
mania Viri, de molimine isto Bekkeriano sentiant,  
quod in Belgio certe haud paucos in assensum vi-  
deretur rapuisse: cui ego quidem non multum adeo  
reponere potui, quia nunquam de eo cùm viris  
exa-

eruditis, nisi forte Tecum, si recte adhuc memini-  
ni, in deambulatione quadam hortensi, paucis  
ante abitum meum diebus, differendi mihi fuit  
occasio. Credunt autem plerique, maximam par-  
tem Exemplarium in Germaniam delaram, atque  
avide dogma illud ibi haustum esse. Verum nimis  
longo sermone Excellentiae Tuæ tempora moror:  
finio igitur, Numen in vota vocans, ut Excellentia  
Tuam plurimos in annos sartam testamque  
esse velit, cuius favori & amori me enixe com-  
mendo, qui ad cineres sum

Excellentiae Tuæ

*Utrechtii*

*Epsis Calend. LXbris, 1692.*

cultor obsequiosissimus  
Joh. Jac. Cramer.

## E P I S T O L A III.

Clarissime & Excellentissime Vir,  
Domine & Amice honorande.

**Q**uem nuper ad me Tuis commendaciosis digna-  
ri voluisti, nempe *Nobilissimum Dn. à Döh-*  
*ring*, *Luneburgo-Saxonem*, eum non tantum  
benebole excepti, verum etiam ad perlustrandam  
*Augustissimam Bibliothecam Cesaream Vindobonen-*  
*sem* libenter admisi. Pro gratulatorio illo affectu,  
quo me ob eoncessam a Sacratissimo nostro Ce-  
sare Bibliothecæ Augustalis præfecturam, pro-  
sequi voluisti, ingentes repono gratias, nihilque  
magis in votis habeo, quam si pro tenuitate  
mearum partium, tam illustrem functionem ex-  
ornare, & Rem literariam mea quacunque opella  
adjuvare ex decoro possem. Diu certe citius ad

Tuas humanissimas respondissem , Clarissime Mol-  
tere, sed ut verum faciar , adeo Aulicis Commis-  
sionibus , tam varia occupationum ordinariatum  
mque , tot commerciis ad Exteros literariis , tot  
Magnatum & Illustrum quotidianiis interpellatio-  
nibus undequaque obrutus sum , ut vix horulam,  
otii securam , habeam . Quibus consuetis impe-  
dimentis accessit nuper aliquod novitium , nempe  
*speciale Mandatum Cæsareum* , cuius vigore , pro-  
pter certas gravesque causas tractandas expedien-  
dasque , *primum in Moraviam* , *deinde in Sile-  
siam* , adolescenti Mense Junio , ablegatus , & per  
tres menses solidos detenus sum . Interea Tibi  
bona fide promitto , nunquam me prætermis-  
sum occasionem , cuius beneficio benevolentiam  
meam erga Eruditos quoscunque , promicu-  
nemque inserviendi Rei literariæ , in ipsis rerum  
documentis exhibere possim , cuius si & Tu Vie  
Clarissime testis esse poteris , eò magis intentioni  
mœsi satisfactum iri gaudeo . Plura non addo ,  
præter calidissima vota pro salute Tua , & benc-  
volam mei memoriam . Dabam raptum in Museo  
meo Viennae . d . 22 . Nov . A . V . æ . C . cl Is cLXXXII .

Tuus omni affectu , amore , studioque

Daniel Nessel Jctus

Sac. Cœl. Majest. Consiliarius  
& Bibliothecarius Aulicus.

EPI-

## E P I S T O L A IV.

JESUM !  
Excellentissime Amplissimeque Domine ,  
Amice plurimum colende ,

**A**ccepi post silentium Tuum propemodum per-  
tinax , non tantum Literas Tuas , verum etiam  
ingenii Tui præstantioris Specimina , non minus  
egregia , quam milii chara & accepta , pro qui-  
bus etiam ingentes ago gratias , libenterque fa-  
tor , nihil mihi de meo jam supponere , quod  
redhostimenti loco transmittere , non posset non  
pudere . Spero autem fore , ut me debitorem sis  
libenter habiturus . Quare ad ea me converto ,  
qua huc usque inter nos , quanquam nullo ex-  
optato qvidem successu fuerunt aëtitata : Et  
quia video Te conqueri , quod nullum ad binas  
Tuas in eodem negotio mihi transmissas accep-  
xis responsum , non pigebit totius rei seriem ab  
ovo redordiri , partim propterea , ut plene Tibi  
de omnibus arque perspecte constet , partim ut  
intelligas , necesse est , ut me omnimode ex-  
cuses . Commandaverat Te , quanquam abunde  
commendatum , Generosus L.B. Dn. à Freyenstein /  
& quidem tali in statu existentem , qui nullam  
non honestam , Tuisque virtutibus convenientem  
Spartam accepturus esset . Gaudebam tunc quam  
maxime , tandem aliquando accidisse videns ,  
quod tam diu optaveram , ut mei amoris aliquod  
in Te specimen edere possem , & officia studiaque  
tum Londini , tum Parisiis , tum alibi locorum  
abs Te mihi exhibita , si non compensare , agno-  
scere tamen viderer . Et eram in primis exhilara-  
tus ,

A s

tus , propter egregiam occasionem , quæ se , eo ipso prope momento , non cogitanti offerebat , a me namque *Illustre Regimen Bregenſe* flagitabat , ut *Gymnaſio Bregenſi* , tertio Professore deſtituto , conſulerem , atque defectui iſti manum medicam non dedignarer admovere . Uti fiducia tantorum Virorum in me collocata , non poterat non jucunda accidere , ita mirifice recreabar , quod inteligebam , Te , nemini adhuc obnoxium , Spartam hanc nec inhonoraram , nec sterilem , libenter ſuscepturnum . Commendavi proinde Te , & patuſas inveni aures , nemine reclamante . Aperui , quamprimum potui , negotium illud , & Domino à *Freyenfels* & Tibi , quanquam sub nomine *Thallingeri* partim , partim etiam sub meo . Reſcribebas tunc , nihil Te videre quod impedit , adeoque absque mora venturum eſſe ; idque ſecundo & tertio etiam poſtſcripto (quod vocant) conſirmabas . Eram proinde Te quoridię excepturus , & Bregam adducturus , eo etiam obtuleram domum meam , ut ſcires , ubi diverendum eſſet , & ad quem provocandum , ſi velis in noſtram hanc civitatem intromitti . Elababantur menses complures , neque tamen comparebas tam anxię desideratus . Non poteram niſi Literas Tuas oſtendere , quibus præcipiatum tunc pollicebaris adventum , quas etiam adhuc aſſervo . Tandem videbaris mente mutataſe , idque propter vocationem ad geminam , quam nunc Altiborsua in Academia ornas Professionem . Scribebas tamen , Te venturum , ſi de Salarii Bregensis ſumma prius conſtarer , & illa quadringenitos florenos excederet . Significavi & illud *Illustri Regimini* , & accepi reſponſum a Domino Can-

cellario , iri Tibi datum pro ſalario annuo trecentos quinquaginta florenos Rhenanos , & praeter ea ex didactris Tibi celiuros florenos ſexaginta , funeralia vero determinari non posſe : habiturum Te quoque honestam habitationem , & lignorum ſatis , confeſſum praeterea iri , ut Collegia inſtitutas pro lubitu Tuо privata , & ſi ita patiatur conditio Tuа , ut Convictores ſuſcipias , denique promitti Tibi ſuſceſſionem in Conrectoratu , ſi contingat modernum jam plane decrepitum ad plures abire . Transcripsi Tibi ea omnia confeſſi ac fideliter , idque binis vicibus , & literas commendavi Domino Michaëli Zollikofero , mercatori Viennensi , qui mihi per literas ſignificavit , utrasque meas diligenter ad Te eſſe promotas . Ab eo tempore ne you quidem repoſuſti , ita ut admodum dubius fuerim , de fideli literarum mearum transmissione , quam culpatam tamen ante nominatus bonus vir operose admodum à ſe eſt amo- litus . Interea *Bregae* omnibus diebus Te expectauunt , rati , Te non cuneturatum , quoniam ea reſciveras , in quibus unice hærere videbaris . Tandem iterum allatae mihi Tuz , tergeminam in ſe continentis conditionem , five , quæſtionem , quarum prima fuit , fitne Celfiſſimus Princeps veniam Tibi à Senatu Norico impetraturus diſcedendi . Secunda , utrum viaticum ſis accepturus deſiderio Tuо respondens ; & Tertia , utrum Te putem iſti Spartæ ornandæ ſuffecturum . Ex his quæſtionibus poſtrema ſoluta eſt facilima , niſi enim hoc mihi fuifsem de Te pollicitus , omni commendatione ſuperediditem : reliquas duas neceſſum erat Illustri perſcribere Regimini , id quod & feci . Verū ab eo tempore amplius niſil audiri , niſi quod

quod præterita septimana, non Magnificus Dominus Cancellarius tantum, verum & Maxime Reverendus Dominus Superattendens mihi significarunt, meam commendationem nondum suum robur perdidisse, adeoque ne minem alterum adhuc vocatum, ægre quanquam illud ferentibus, quos onus ferre oportet solos. Hæc est historia totius hujus negotii: Si quid præter spem Tuam eventurum est, ut mihi ne imputes, rogo, qui rebus Tuis volui ex animo consulere. Gratulor quidem ex animo geminam, quam nactus es Spartam, atque ut honori Tuo, publicoque emolumento cedant, imo & Tibi proficiæ sint, animitus voveo: at enim vero, cum mihi sterilitas illarum non sit ignota cathedralrum, neque genus quoque viræ illius loci me lateat, non fuisset sane permutatio Glauci & Diomedis dicenda, si locum atque functionem murasses. Et potuisses profecto fidere verbis meis, neque non fuissent Tibi, quæ in iter impendisses, cum egregio etiam additamento, liberalissime restitura, ut raceam alia, quæ in tam celebri loco, apud tam clementem Principem in Te redundare potuissent commoda. Non possum quidem affirmare, quod Tui denuo advocandi consilium penitus abjecerint, interim nihil mihi, ut ad Terurus scribam, est commissum. Quod si autem, uti spero, Te porro sunt requisituri, illud intra cursus unius mensis eventurum est, quia ut illa Functio diuinus vacet, per publica damna non potest fieri. Quod si vero locus acciderit, rogo Te, agnoscas veteris amici propensum erga Te affectum, neque etiam dubites, id me semper operam daturum, ut ex omni actione mea intelligas, honorem atque

emolumenta Tua semper mihi & curæ esse & cordi. Vale! Salutant Te Fautores, quos hec loci habes eximios, inque iis L. B. à Freyensfeld / atque ut ex animi sententia vivas, mecum precantur. Scrib. Vratislav, 14. Jul. 1675.

T. ex aste, Elias Thome, Rect. Gymn. Elisab.

## A P I S T O L A V.

Vir Nobilissime, Amplissime, arque Excellentissime, Domine atque Patrone colendissime.

Diversa, caque plurima benevoli Vestri erga tenuitatem nieam affectus signa, autores sunt, ut mihi persuadeam, paucas hasce lineolas non plane ingratas fore, quibus de successu mei itineris, & conversatione doctorum virorum, quibus ame de meliori nota commendare Excellentia Vesta dignata est, nonnihil referrem: id namque effecit commendatio Vesta, ut non solum ab Excellentissimis & Celeberrimis Viris humanissime exceptus, sed & in familiaritatem eorum admissus fuerim. Ingolstadtiani sane, ubi fere octo integras dies consumisi, tanto apud omnes Dominos Professores usus sum favore, ut non solum, quod quisque domini sue rarioris observationis possidebat, conspectui exhiberent meo, sed etiam ædificia publica ad Academiam spectantia, in primis Bibliothecam suam benevolentissime monstrarent. Laudo hoc nomine Dn. Doct. Crollolanzam JCtum, Dn. Doct. Scheufflein, Feigelum, Voruvatdnerum Medicos: Absentia Dn. Doct. Baffi, Jcti, occasionem ejus amicitiam ambiendi mihi eripuit. Literas tamen ab Excell. Vesta curæ meæ commissas famulo tradidi, ipsi post redditum exhibendas.

Curiq-

Curiositati meæ ex aſſe ſatisficerunt Revv. Domini  
Patres Jesuitæ, tum in Instrumentis ſuis Mathematicis, pretiosis ſane & notabilibus, declarandis, tum  
in quamplurimis experimentis exhibendis. Eandem fortunam expertus sum Ratisbonæ apud Consultissimum Dn. Pergerum, cuius ſummam huma-  
nitatem & chartæ & memorie inscripsi. Vienne per integrum ſubſtitui mēfem, ubi præter multa  
alia viſu digna, Bibliothecam Cæſaream, Veſtra potiſſimum prävia commendatione, accuratius in-  
ſpicidi à Bibliothecario Aulico, D. Nefſlio, Viro  
Tui amantissimo, mihi copia facta eſt. In D. Dōct.  
Breitenwaldii amicitiam me penetrare non potui,  
erat enim is, ante adventum meum, Vienne in Au-  
lam Neoburgicam evocatus, ut ibi Serenissimo  
Duci a consiliis eſſet medicis: Ita etiam, Poſonio  
omiffo, Sempronium acceſſi, quod ibi cum tempo-  
ris Sacratissimus Imperator, cum oīnibus Aulicis  
Ministris, propter Regni Hungarici Comitia, qua  
adhuc durabant, moraretur; Literas tamen Excellentiae  
Veſtræ per Dn. Knopſium, Mercatorem  
Viennensem, Dominæ Matri transmisi. Uratisla-  
via etiam nullam intermisſi occasionem, ut ex do-  
ctissimorum ibidem virorum conuerſatione, & re-  
rum memorabilium obſervatione, animum ſciendi  
cupidum inſtruarem. Hæc omnia vero benevolæ  
commendationi Excellentiae Veſtræ me debere,  
grato animo agnoſto atque profitcor, inſtrupique  
peto, ut ulterius ampliſſimo Veſtro Patrocinio  
frui liceat.

Excellentiae Veſtræ  
Regiomonti d. 2. Mart.

1682.

obedientiſſimo clienti  
Cunrado Rudolpho Herſ.

EPI

## E P I S T O L A VI.

S. P.

Vir Clarissime atque Excellentissime,  
Domine & Amice honoratissime.

SErius æquo humanissimis Tuis mense  
April. ad me datis respondeo: tum quod  
ſerius easdem, mense Julio videlicet jam  
adulto demum accepi, tum quod occaſionem  
aliam, quam Nundinarum Lipsien-  
ſium, qua Tibi adjecta, transmitterem,  
haud inveniebam. Evidem ultra quam  
vellem, & alio quam velle modo plane me  
Dedicatione Tua obligasti: neque putavi  
unquam huc usque processurum eſſe aſſe-  
tum Tuum, quem ego promerendi occaſionem  
haeſtenus menullam adeo votis re-  
ſpondentem meis habuisse doleo. Interim  
grates habeo, quas reddere nondum licet.  
Autores de rebus Italicis, meo iudicio, in  
clafses oporteret, pro diuersitate materia-  
rum, digeri, ſiquidem in tam diuſſo argu-  
mento aliiquid diuincti dare liberet. Pro  
Kanigii Bibliotheca pretium olim indica-  
tum ad jecvi. Nam etiam ſic in ære Tuō ſum  
nimis, quo rationem exſolvendi aueſe ſi-  
ſcirem atque hac in parte, non deessem of-  
ficio meo. Nunc etiam atque etiam Te  
rogō, ut, quo rediſtimento compen-  
ſare

sare debeam hoc honoris, ipse significes,  
valeasque ac favere pergas  
Hamburg 1679. d. 19. Septembr.

Tuae Virtutis ac Eruditionis solidioris  
cultori obseruantissimo  
Vincentio Placcio.

P. S. Jam complicabam hanc Epistolam, quando alias 24. Julii dataς accipio, quæ novis me maestant beneficiis. Et quidem nuncio Rectoratus Tui gratissimo: quem omnino Tuo honori ac emolumento cedere precor. Tum novis muneribus Disputationum commoda juventutis Academica sine dubio provehentium; pro quibus gratias reddere quam habere mallem. Domini Collegæ Tui, specioso Affinis titulo blandientis, adversus Te prolatas chartas quod memoras, eo ipso me obligas ad indicandum, quod alioqui non fecissem. Nempe missas illas mihi quoque jam ante quam Dissertationem acciperem ipsam, fuisse, egregium scilicet obtentæ in re tanti momenti victoriæ testimonium daturas. Evidem quanto magis probem pacificum Tuum silentium, præipsius nimia indignatione, & vano gloriolæ alicujus auctoritatem studio, satis scribere non possum. Profecto longe majoris hac ratione mihi es, quam si responderes quibusunque modis.

modis. Etiam ego tales chartas jam plus semel neglexi. Adde quod hoc speciale habet hicce casus, quod Tuam insignem modestiam publicat, qui humanum errorrem non tanti ab ipso faciendum, tam lukebenter agnoscis. Eam ego virtutem, & ex illa gloriam, facile tanti duco, ut propemodum nolle debeas id non contigisse quod evenit. Vale iterum.

## E P I S T O L A VII.

Nobilissime, Amplissime, & Excellentissime Vir,  
Domine, Affinis, & Amice plurimum colende.

Immature quidem Te convenio, quamvis etiam sat sero: Illaratione, quod circulos laborum Tuorum Academicorum fortassis turbare me velle, videri possum: Hac verò, quodceterius ex necessitudine affinitatis, per Nepotem ex sorore mea Maria Magdalena Bütheria nata Wurffbaenia Dn. Johannem Cunradum Bültnerum Illustris Senatus Noriberg. Provincialem Secretarium supremum, cum sorore Tua dilectissima Rebecca, matrona summis virtutibus foemineis decorata, sibi matrimonialiter copulata, contracta inter nos, hoc scribendi debitum erga Excellentissimum Dn. Affinem exolvendum, mibi incubuerit. Neutrius tamen illorum, prout humanitas Tua omnibus exhibita me firmum reddit, & certo promittit, accusationem de me locum apud Te inveniri patieris, cum ille, qui tandem convenit amicum, sat citio tamen convenisse videatur. Est autem quod in chartaceo hoc aquore ad Te navigare mibi proposui. ratio & causa non solum in necessitudine affinitatis, quam inter

inter nos habemus, sed & in certa ac frequenti fama,  
quam etiam Scripta Tua, quotquot mibil eger felici-  
tas concessit, magis magisque adaugent, de inexbau-  
sta Tua Eruditione, & admirabili humanitate, ac  
proximitudine, de magna, qua abundas, copia scien-  
tiae, aliis indigentibus aliqua informatione, & quidem  
in punico quodam bistorico controverso communican-  
di posita. Controversia vero est, circa Illustrissi-  
mam apud Italos Principum Columnensium Fami-  
liam, a qua, tanquam matre, Elias Reußnerus Stir-  
pem suam Columninam formavit, quasi Comites Zol-  
lerani, Burgravii Noribb. & primi Electores &  
Marchiones Brandenb. a Petro & Frifrido Patre  
& Filio Columnis, unice descendenter. Quam quir-  
dem Opinionem ut multi ex antiquioribus foverunt,  
ita in Operc meo historico de variis Burgravii,  
maxime vero Noribb. auram publicam anhelante,  
variis argumentis & rationibus everti: quamvis non  
abnuam, Comites Zollerenses & Columnas, unum  
communem itipitem habuisse, licet adhuc sub Judi-  
ce his sit, qua ratione? Id quod forte causa erit ever-  
to Accis Zollerane in Suevia sit, cum omnibus  
adeoque etiam Genethiacis & Genealogicis Docu-  
mentis; donec tandem ad requisitionem & petitionem  
Caroli II. Comitis à Zollein, Joh. Basilius Herold,  
Ferdinandi I. Cef. Imp. Consiliarius & Historicus,  
Genealogiam Zolleranam, à Tassilone quodam, Primo  
Zollerano & Hechingano Comite, temporibus Pipini  
Brevis Galliarum Regis, & ejus filii Caroli Magni  
Imperatoris, florente, composit. Quod filum Genea-  
logicum ex Neotericis etiara duxit Historicus & Ge-  
nealogicus Tubingensis insignis, Joh. Martinus Rau-  
hare ausit, nec vadimur obstringi velut, illam à

Tass-

Tassilone duobam seriem plane sinceram esse, nulloque  
errore libatam, lector tamen facere debeat, quod judicet  
in causis à memoria remotioribus facere solenne est, ut  
non in singula temporum momenta testes exigat, sed  
probato initio & fine, mediū temporis similem tenorem,  
equaratione ducitus, n̄ contra appareat, sibi proponat.  
Si quid, Excellentissime Domino Affinis, hanc in rem,  
de Origine Columnensium Familiæ, contribuere,  
& unā ipsorum Genealogiam, ab ipso ovo, ut dicitur,  
usque ad hac tempora, ut & reliquorum Italiae Princi-  
pum, communicare volueris, ut bene potes, gratiam  
mibifacies omni alio officio rursus demerendam, &  
habebis me benevolentia hujus Tuae praecunem gratissi-  
mum. Hicse Vale, & vive Bono publico, Universitatæ,  
Auditoribus, Domui Tua, Divine Potentia devote  
commendatus perenniter, feliciter, & signofce huic  
scriptioni, & scripto adjuncto, tanto Viro, ut legat, om-  
nino indigno, in amicitia tamen tesseram misso. Da-  
pam Wönsiedel. Kal. Jul. 1682.

Excellentissimo Domino Affini ad omnia  
officia paratissimus  
Job. Hieronymus Wurfflaine Dr.

## EPISTOLA VIII.

Vir Amplissime atque Excellentissime,  
Domine ac Patronc quovis observantiae atque  
obsequii cultu prosequende.

**N**on miror, Dominos Convictores Tuos tam  
proprios mihi ac benignos fuisse, ad unum  
omnes; Tuum enim imitantur exemplum, qui uti  
incomparabili scientia, sic virtutibus etiam excelle-  
ntioribus, & maxime beneficentia, inter hujus  
seculi mortales rarissima, illis praeluces. Nullas  
Tibi, Vir Amplissime, ago gratias: cum majora  
Tua in me sint beneficia, quam ut gratiarum actione,

ne, quamvis ipse eam Tullius dictaverit, solvi posse. Id unum duntaxat proficere, me grata semper mente veneraturum Tui benefactorumque Tuorum memoriam. Plura promitterem, si angusta praesentis meae fortunae conditio permetteret; quam si laudiorum natus fuero, re verbis fidem facere conabor. Literas, quas a Te accepi, Dominis D. Spenero & Gramsio reddidi: quorum illum compellare nondum licuit, cum eo tempore, quo aedes illius intrabam, elaboranda concioni intentum interturbare, minus congruum mihi videbatur; hunc lecto inveni affixum: haud levi affectus moerore Venerabilis ille & iuventu & canicie & moribus Senex erga me ignotum, omnes explet hospitalitatis numeros. Summa est cum voluntate, quamvis decumbens, Salamandra legit historiam a Te contextam, quam una cum Synopsi Valiana & discursu de mulieribus hominibus Catalogo Francofurtensi inserendum curat: Sed qui censura librorum heic ab Imperatore praefectus est Fiscalis, geminum horum Tractatum, ex more recepto, depositis Exemplar, Caesaræ destinatum ac inserendum Bibliothecæ, quod Tu nominis promisi. Non responderet hac vice Tibi Dominus Gramsius, rogatque, ignoscas sibi doloribus crurium manuunque ita divexitato, ut vix lineas aliquor scribere ad filium queat. De statione mea Tibi quod significem, nihil certi habeo, disticto enim jam negotiis arduis hujus Urbis Senatu, præcipuum ejus membrum Nobiliss. Dn. Zum Jungen otium non habuit, de me certi quidquam statuendi. Interim optima quæque sperare me jubet Viri optimi Domini Gramsi commandatio. At vero futuri incuriosus, Divino omnia Numini committo: hoc de victu amictuque prospicere, seu in Prussia, seu in Russia vixero. Dum spero nihil,

nihil despero. De cetero Domine Molleræ, Conjugis Tuae savissimæ, Patronæ & Benefætricis meæ benignissimæ, ea qua par est veneratione, atque decet, honestate manus exoscular. Vale Vir Excellentissime, ac Tufo sovere affectu perge Tibi devinctissimum Erhardum Gebren. Dabam Francofurti ad Mœn. maturante calamo, d. 14  
7br. 1677.

## E P I S T O L A IX.

Nobilissime, Amplissime, Excellentissime Vir,  
Domine, Affinis ac Fautor singulariter colende.

NEC tamen fecellit opinio, ut quis Te ipsum haec tenus amplecti negatum fuit, aliquid tam tuorum in communicatis nuper videre contigerit; sane jam majora tanto fovebamus pectore gaudia, quanto rarior, & ob id desideratior Tua nobis est praesentia; etenim jam hebdomadæ aliquot præterfluxere, quod ad aures nostras pervenit; Dominum Professorem Mollerum quam proxime iter Posonium versus facturum esse, id quod tum temporis tanto magis credebamus, quanto Syrii æstum solitam negotiis publicis veniam, atque commodam itinerari occasionem daturum esse, persuasi eramus; Nunc autem longiori mora labascit spes nostra, etiam quod nec ultima Tua transmissa vel quicquam indicet, cogimurque futuris expectare temporibus, quod praesentia tam blandulè nobis promiserunt: Sed & illud ipsum quoque in causa est, quod Responsionem, quam ad Literas Tuas auro contra mihi sanè caras, alias debebam, haec tenus distulerim, quod tanto minus inique interpretaberis, quanto magis piam causam pro excusatione obtrudo. Itaque jam maximas repono gratias,

Vix

*Vir nobilissime ac Excellentissime, pro transmissis  
nuper Dissertationibus Historicis, quæ tanto plus de-  
lectant, quanto magis profunt; efficient ha tandem  
opus immortale, dignum famâ Celebrerrimi Authoris  
sui, & isopioywołav Mollerianam Clarissimorum  
Virorum Actis inserent; perge macte eruditione  
Tua, & apotheosin hanc Tibi augurari permitte;  
Illud tantum doleo, quod è collectis meis solam  
illam de Severo Sulpicio desse reppriam; at Tu  
Vir Excellentissime, faciliter dare posset medelam  
communicando vel unicum, si quod alias superest,  
Exemplar, id quod grata mente semper revolvam;  
Ad extrémum Te cum charissima Conjuge nos o-  
mnes quam officissime salutamus. His Vale Nobis-  
sime, Amplissime, ac Excellentissime Vir, & ama  
devotuni celeberrimi Nominis Tui cultorem*

Christoph. Daniel Mezkerum D:  
Dabam raptim Ratisbonæ d. 25. 7 br. st. v. A. 1688.

## E P I S T O L A X.

*Vir Clarissime ac mihi plurimum in Christo colende;*  
**Q**uibus causis factum sit ut Literæ Tuae Calen-  
dis Februarii scriptæ, pridie denum Idus De-  
cembris ad me pervenerint, cognoscere, opinor,  
ex D. Schombergio potuisti. Sed illæ non tardiores  
profecto quam optatores mihi jucundioresque fu-  
erunt, adeo candidissimi & humanissimi pectoris Tuū  
affectum in iis omnem ingenuè expressum intueri  
sum visus. Cui si parem alium mei sensum respon-  
dere persuasum habeas, ut existimabis quod res  
est, ita reliquis erga me Tuis officiis cumulum ad-  
jeceris. Itaque quod significas familiaritatem Tibi  
cum aliquo è Nostris fuisse, Viris sanc insignibus;  
hoc ego non Tibi magis quam illis gratulor, & pro-  
bemodum invideo, qui tam eximii tamque offi-  
ciosi

*Ciosi hominis alloquio frui cōrām potuerint. Nec  
illud parum certe honorificum Societati nostræ du-  
co, si quam, ut praedicas, in Te olim erudiendo  
primoribus literis operam posuit feliciorem multo  
dicturus, si majus aliquid & Tibi longe conducibili-  
ius praestare per eam occasionem, concessum illi à  
Deo foret. Non possum enim dissimulare, quam gra-  
ve sit, quod Te adeo carum mihi caput, alienis in ca-  
stris adhuc video; & quantum ad voluntatem le-  
gendi Tuas Literas, deque nostra amicitia cogitan-  
di accederet, si sperare liceret, non esse illam bre-  
vi isto vitæ mortalis curriculo definiendam. Quæ  
si a me intempestive parumque prudenter dicta vi-  
debuntur, ignoscas obsecro, Vir Clarissime; atque  
amantissime, cupienti mihi aeternam esse, quæ  
modo suavissima mihi est, nostram amicitiam. Sed  
quod per alios efficere Deo visum non est, hoc Ti-  
bi per Te ipsum aliquando largiri, ut spero, dig-  
nabitur. Id enim ut ita fore confidam, facit can-  
dor ille ac sinceritas animi quam in Te agnosco sin-  
gularem; & ingenium praestans quod in Te est cum  
eximia conjunctum Eruditione: quibus praesidiis  
quid verum sit, & assequi facile poteris propriio  
Numine, & agitatum profiteri voles. Interim  
dum hec ut in Te operari veht, Deum Opt. Max.  
studiose rogamus, perge obsecro amare nos, ut  
facis; deque ea re Tuis identidem Literis, cum se-  
dabit occasio, certiores reddere. Non commit-  
tam certe ut in hoc genere officii negligens aut pa-  
runi gratus erga Te fuisse videar.*

*Adi vi quamprimum licuit, Generos. D. Schom-  
bergum, cuius Magister morum ad me cum Tua  
Epistola venerat; eique meum qualemque offi-  
ciam, si qua in re opus esset, obtuli. Sed is ea  
nobilitate est scilicet coque nomine, ut aliena com-  
meu-*

mendatione , nostra præsertim , non indiget.  
Non omittam tamen si quid erit in quo gratificari  
me illi posse intelligam.

Quod de *Cuytio* scripsesam, seculo demum Christi quinto decimo innotuisse illius historiam, fidei ac dignitati ejus nihil derogat: Sane opus ipsum vetusti esse Scriptoris ac Romani, non stylus solum, cuius ambigua saepe aestimatio atque arbitraria est, sed ea maxime quæ sub initium præfationis atculi, mihi persuaserunt. Quibus alia quædam adjici videntur potuisse ejusdem generis, nisi res ipso doctorum consensu explorata ferme haberetur. In quo tamen si mihi non assentiris, haud sane Tuum improbare judicium audeam: præsertim cum *Stylus res ejusmodi sit*, quæ gustu magis, ut sic dicam, quam rationibus discerni queat. Suus autem, quod ajunt, unicuique gustus est: quem si meliorum esse mihi confidam quam Tibi, næ mihi plus æquo tribuerim. Non injucundum erit, opinor, si admonuero, Jam sub prælo esse *Historiam Plinii*, quam è nostris unus Collegii hujuscæ alumnus Interpretatione ac Notis illustravit, ad eum fere modum, quo ceteri Scriptores antiqui in usum Sereniss. Delphini editi sunt. Erit illud opus omnigena eruditione referatum in primis, ac vestris Bibliothecis non indignum. Sed non tam cito prodire in lucem integrum poterit. Sunt & *Ciceronis Orationes* omnes ab alio item e nostris codem genere Commentariorum explanatae, quæ post aliquot menses vulgabuntur. Haec erant quæ sciri abs Te de re literaria volui,

XIV. Calend. Januar. 1682, *Lutetia*.

Vir clarissime , omnique officio colende,  
Tibi devotissimus in Christo

Michael le Tellier

è Societ. JESV.



( o )

DECAS

SECUNDA

# EPISTOLARVM

AD

DAN. GVIL. MOLLERVVM

MISSARVM

## CHRISTOPHORO SONNTAGIO

THEOL. DOCT. EJVSDEMQVE  
PRIMARIO ET GRAECAE LINGVAE  
IN ACADEM. ALTDORFINA  
PROF. PVBL.

CONSECRATA.

ANNO CICLO CCXL.

---

*Altendorfii*  
LITERIS MAGNI DANIELIS MEYERI.